

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Promptvarii exequialis pars ...

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive
scripturae dicta varia ...

Bidembach, Felix

Frankofurti, 1625

Thema XXXVII.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-130978)

scit corpus ab omnibus laboribus. Apoc. 14. v. 13. in cubilibus illis, Esa. 56. in fine. O beatam requiem. Ideoque non legendum, quia peruenit ad requiem, Syr. 22. v. 11. & 38. v. 24.

De impiis hoc non debet intelligi. Licet enim ipsorum etiam corpora quiescant in terra, anima tamen patitur tormentum. Exemplo, est Epulo, qui clamat, Crucior, Luc. 16. Sectare itaque pietatem, ut tibi bene sit post mortem.

II. Hoc loco Iobis exploditur illud purgatorium, quod non impiis, sed mediocriter piis, & saluandis suo tempore, fingunt paratum: ubi grauissimi sint cruciatus. At mortuis non clamor, ait Iobus. Nemo affigitur sepultus, nisi in inferno. Tertium enim locum scriptura nescit.

FINIS.

THEMA XXXVII.

Psal. 3. v. 6.

Cubo, dormio, euigilabo, quia Dominus sustentat me.

DISPOSITIO.

NOTA. Placet hoc loco non meam, sed Parentis charissimam, Wihelmi Bidembachii D. p. m. Dispositionem tradere, quam inter pauculas, quas ipse dederat funebres, inuentam, lectori non ingratham fore spero.

Nihil est, quod nos miseros homines atrocior affligat, quam terror mortis. Est enim mors omnium terribilium terribilissimum. Nam 1. venit ex peccato maledicto. 2. ab irato Deo, 3. & eripit nobis charissima quæque in his terris, 4. atque sua natura nos ducit in exitium æternum. Itaque non est iucundior nuncius, quam audire mutatam & superatam maledictionem hanc, & mortem non modo victam. sed etiam in auditorium & ministerium melioris vitæ, quam habuissemus, conuersam. Quæ con-

sola-

solatio, cum ex morte & resurrectione Christi credentibus proveniat: voluit Spiritus sanctus non tantum simplicibus verbis, sed & Psalmo & sonoro cantico, quasi Epinicio, nos ad contemptum huius vitæ, & amorem mortis animare.

Haber enim Musica genuinam vim animos excitandi & exacuendi, sicut Elifæus Psaltem habuit, 2. Reg. 3. v. 15. & Moses tubas ad bellum paravit, Num. 10. v. 2.

Esti autem in hoc Psalmo solus David videatur canere, cum fugeret Absolonem, tamen non est dubium, quin Christi mortem & resurrectionem ante oculos haberit, (sicut & Augustinus totum Psalmum ad Christum accommodat) & omnibus Christianis formam præscripserit & præcinerit, quomodo se ex morte & resurrectione Christi, in suis morbis, morte & resurrectione consolari possint & debeant.

Complexus autem est totum negotium mortis & resurrectionis nostræ tribus brevissimis verbis, 1. Iaceo seu cubo, 2. Dormio vel obdormisco. Euigilo, seu exurgo. In his totus processus describitur, quo Deus uti solet, cum nos hinc ad se recipere vult. De singulis ordine dicemus, & ad nostrum usum accommodabimus.

I. *Cubo.*

Homo conditus est erecto corpore & elato vultu, & plurimos ac difficilimos labores perficit stando, quosdam etiam sedendo. Sed quod caret alterna requie, durabile non est. Itaque homo non semper potest stare sedere & laborare, sed indiget etiam sua quiete & cessatione à laboribus. Cum autem se vult componere ad quietem, cubat: lassus & defessus ait, *Joh. 11. michi nider legibus* & *schaffen*. Et cubatio est præparatio ad somnum.

Ita si Deus hominem multis & magnis laboribus exercuit, tandem concedit illi etiam quietem. Ut autem possit se componere ad quietem, necesse est, ipsum primo

mo

mo cubare & iacere. Sicut cum volumus dormire infan-
tulos, reponimus illos in suos lectulos. Ita Deus per va-
rios morbos nos facit cubare, (*Er legt bns uider*) & cū
propter vim morbi non possumus, extra eos, quibus affi-
xi sumus, lectulos, stare, vel sedere, aut ambulare, solemus
dicere, Hic cubo & iaceo. *Da liget / dicit æger*. Hoc cu-
bare est præparari ad somnum, hoc est ægrotatio illa est
præparatio ad mortem.

Sicut autem alias incorporali cubatione & somno ac-
cidit, quod alius alio diutius cubat, quum obdormiscat,
(*Manchem kommen kaum die Süß ins Bett / so schläffe
der Kopf. Ein ander ligt etlich Stund / welget sich hin
vnd her / ehe er kan einschlaffen.*) Ita hic accidit. Alius
diu ægrotat, per multos annos, aut menses. Alius vix
vna die, vix vna hora decumbit. Et sicut alius grauem
dormit somnum, & rhonchos efflat molestos, alius squa-
uiter dormit, vt non audiatur, & vix respirare videatur:
Ita alius graui, alius leuissimo morbo emoritur & extin-
guitur.

Postquam igitur diu stetit, ambulasti, laborasti, cogi-
ta, tibi aliquando cubandum esse. Et quoties cubitum te
conferis in tuum cubiculum, cogita, Tu aliquando cuba-
bis & non amplius surges, ad hanc vitam terrenam: &
quis scit, vtrum hac nocte postremum iturus sis cubitum.
Ideo necesse est, vt cum piis precibus cubes. *Dasß du dich
wol uider segest*. Scholastici docentur hanc vtilitatem
morum, vt euntes cubitum in dextero latere cubent, &
Medici aiunt, hoc plurimum sanitati conferre. Multo
magis Christiani in dextera & vera fide in Christum, & in
recta inuocatione Dei cubare debent.

Multi scelerati, ebriosis, adulteri, blasphemii, non in
nomine Trinitatis se cubitum conferunt, sed in nomine
Diaboli: *Segnen sich nicht wol uider*. Et non eubant in
dextero, sed in sinistro latere, scilicet in securitate, impie-
tate & impœnitentia. Ergo non mirum, si deinde in-
quiete dormiant, hoc est, in pie & infeliciter moriantur.

II. Dor-

II. *Dormio.*

Vide, quam iucundam & amabilem conetur reddere mortem. Non dicit, *Ægrotō, morior sepelior*: sed cubo & dormio Vocat mortem obdormitionem seu somnum. Sic de piis sæpe in historiis sacris Regum legitur: Obdormiuit cum patribus, 1. Reg. 2 & 11. & 27 & 2. Reg. 15. & 21. Et Iacob, Gen. 49 Congregor ad populum meum. Item: Apposuit est ad populum suum, Genes. 35. vers. 29. Mosi dicitur: Ibis ad populum tuum. Num. 27. Aharon: Vadat ad populum suum, Num. 20. Dan. 12. dormiunt in puluere terræ.

Esa. 26. Vade populus meus, intra cubilia, &c.

Esa. 56. Iusti requiescunt in cubilibus. Somnus mors dicitur, 1. Cor. 15. 1. Thess. 4. De filia Iairi & Lazaro Christus affirmat, quod dormiant, Luc. 8 v. 52 Joh. 11. v. 11.

Quoties igitur imus dormitum, cogitemus, nos aliquando ituros in cubiculum mortis, *eis ηγιμνήσιον*, & ardentem oremus Dominum, vt nobis felicem horam mortis largiatur. *Ein gutes Abendstundlein.*

Postulat autem ex hac appellatione mortis, (quod scilicet vocatur somnus) vtilissimæ doctrinæ & consolationes peti.

I. Admoneat nos hoc vocabulum, ne huic vitæ temporali confidamus, sed æternam meditemur, & ad corporalem mortem nos præparemus. Nam sicut non semper vigilamus, sed oportet aliquando dormire: sicut non semper in his terris erimus, sed aliquando abeundum dormitum. *Und müssen dieser Welt ein gute Nacht geben.*

Sic ergo vtamur hac vita, tanquam non habeamus eam, 1. Cor. 7. v. 31. & contendamus ad eam patriam, quæ est cælestis, Hebr. 13. v. 14. Phil. 3. v. 10.

II. Sicut somnus interdum obrepit, priusquam id sentiamus, & nemo potest scire punctum illud temporis, quo obdormiscit, sic mors etiam subito nobis irrepit, cum putamus, nos multos adhuc habere annos vitæ residuos, vt Hiskia, Esa. 38. v. 10,

Ideo

Ideo nunquam debemus esse securi, sed semper memorare nouissima, Syrac. 7. v. 40. Et vide Plal. 39. v. 6. & seq. & 90. v. 12.

III. Consolatio. Non expauescamus mortem, sed lætemur ob eam. Quemadmodum enim lassus & defessus & exhaustus omnibus viribus, ex animo optat somnum, ut vires colligat: sic nos portantes onus & æstum diei, in hoc mundo, cupiamus dissolui, & esse cum Christo, Phil. 1. v. 23. Rom. 7. v. 24.

Liberat enim mors non tantum à labore & molestia, sed à peccato & miseria. Es stirbt allein vnser Elend vnd Jammer.

Esa. 56. Iusti abripiuntur. In manu Dei sunt. Non tangit tormentum, Sap. 3.

Pl. 4. In pace dormiam & requiescam. Simeon Luc. 2. Nunc latus moriar, postquam tua lumina vidi.

Apoc. 14. v. 13. Vox de cælo, beati mortui, &c. Stolidum esse oportet, qui non post dici exactum curriculum libenter dormit. Ita stolidi sunt inter Christianos, qui mortem metuunt, finem laborum omnium.

IV. Quemadmodum aliquis obdormiscit sine dolore, imò sine ipso sensu obdormitionis: ita credentes in Christum placidissime sæpe moriuntur, non vident, non gustant mortem. Sic de Iacobo Patriarcha, Gen. 49. vers. 33. Collegit pedes, &c.

Extinguuntur pii sicut lucernulae.

Itaque apud ipsos metus mortis multo est crudelior, quam mors ipsa.

Sicut qui in densissima nebula, antequam aliquid sentiat doloris aut malis, telo confoditur, aut sclopeto traicitur, ita de piis mox actum.

V. Sicut in dormiente corpus quidem dormit: anima autem vigilar & laboriosa est: Ita corpus quidem moritur & computrescit, sed spiritus vitæ insufflatus Adamo est immortalis. Anima pii statim post mortem venit ad Deum, Sap. 3. v. 1. Deportatur ab Angelis in sinum Abrahami,

H hami,

ham, Luc. 16. Statum animarum scriptura Paradisum vocat. Latroni enim dicitur Luc. 23. Hodie mecum eris. Stephanus Act. 7. Suscipe spiritum meum. Psal. 31. In manus tuas commendo spiritum. His verbis Christus animam patri commendat. Idem & nos faciamus.

VI. Qui dormit, non ideo dormit, ut perpetuo dormiat, sed ut rursus euigilet, & sanus alacriorque ad labores redeat: & quasi renouetur in somno: Ita morimur ut resurgamus. Audiemus enim vocem filii Dei. Ioh. 5. v. 29. Euigilabimus & circumdabimur carne & ossibus. Iob 19. v. 25. Ideo iam tertio loco sequitur:

III. Euigilabo.

Ut somnus morti, sic resurrectio euigilationi confertur. Qui dormit, non obseruat motum temporis. In resurrectione qui 1000. annis iacuit sub terra, putabit, se vix ante horam mortuum, Psal. 17. v. 15. Videbo faciem tuam, &c.

Esa. 26. Mortui tui uiuent.

Et sicut Paulus Eph 5 inclamat homini peccatori, Euigila, qui dormis, & à mortuis surge, & illucescet tibi Christus &c. Ita Christus inclamabit mortuis, Surgite mortui. Et audient vocem eius. Ioan. 5. rapientur in occursum 1. Thes. 4. & semper erunt cum Domino: Conformes corpori illius glorioso. Phil. 3. v. 21. Splende bunt sicut Sol in regno patris, Matth. 13. v. 43. Corruptibile enim mutabitur in incorruptibile, 1. Corin 15. Nostra societas erit cum sancta Trinitate. Abstergentur omnes lachrymæ Esa. 25. Apoc. 21. Summa, Oculus non vidit, Esa. 64. 1. Cor. 2.

Quia Dominus sustentat me.] Hoc referendum est ad omnia tria, cubare, dormire, & euigilare. Nam neq; morbum patienter sustinere & vincere, neque in morte placide obdormire, nec læti resurgere possemus, nisi Dominus sustentaret nos.

Sustentat autem nos. 1. Verbo suo.

2. Sacra:

2. Sacramentis, quæ sunt sustentacula & fulcimenta fidei.
3. Interna consolatione & corroboratione Spiritus sancti, Rom. 8. v. 16. unde is dicitur *ἐν ἡμῖν*. Ioan. 14. & 15.
4. Oratione nostra & aliorum pro nobis, &c.

F I N I S.

THEMA XXXVIII.

Psalm. 4. v. 9.

In pace dormiam & requiescam. Quoniam tu Domine singulariter in spe constituisti me.

D I S P O S I T I O.

In hoc Psalmo reprehendit David impios, quod diligant vanitatem & querant mendacium, vers. 3. Et cum vers. 8. proxime præcedenti dixisset, quod illi tantum lætentur propter bona temporalia, quia scilicet vino & frumento abundant: iam hoc versu ultimo, quo Psalmum claudit, è contrario ostendit, in quo ipse lætetur, videlicet in protectione diuina, quæ ipsi faciat lætitiâ in corde maiorem, quam si haberet copiam & affluentiam bonorum temporalium.

Quia vero ad exemplum Davidis omnes boni in hoc ipso lætari debent, quod Deum habeant protectorem, cœrunt hæc verba Davidis nobis diligentius consideranda: & videndum 1. Quomodo David securus cubet & dormiat, & 2. Quæ huius securitatis causa. 3. Tandem subiiciendi loci.

I. Pars.

In pace cubo & dormio. Magnum Dei beneficium, si quis possit cubare & dormire: at maius est, si in pace illud possit homo.

Nam tempore belli, qui cubat, nescit an audeat dormire, an non hostes sint superuenturi, & excitaturi ipsum ante tempus. *Da gibst es einen bösen leisen Schlaf.* Sed

H 2

extra